Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30277
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

Ego autem modicum precederem. vidit
domum mirabiliter ornatam. cui parie
tes & omnis structure ex auro erat
& argento. & ex omnibus lapidibus preciosis
rum generibus. & fenestre ibi non erant nec ostium. cum
omnis qui intrare volebant intrabant. Erat u
domus intus tam splendida. ac si non dico unus sol. & qui
ibi soles multi splenderent. Verum ipsa domus
erat ampla nimis atque rotunda. nullis colump
nis fulcita. & cum auro & lapidibus preciosis to
tum et vestibulum erat stratum. Cum autem illa anima
in talibus delectaretur edificiis. circumspiciens
vidit unum sedile aureum cum gemmis & serico.
& omnibus ornamentis ornatum. & vidit dominum re
gem cornacum in ipso throno sedere vestitum
talibus vestimentis. quales nec ipse nec aliquis re
gum tunc unquam vestiri potuit. Dum ipse quoque ad
mirans aliquantulum staret venerunt plurimi in
illa domum cum muneribus ad regem & illi singuli offe
rebant cum gaudio munera sua. Et cum diuti[u]s an
dominum suum regem starent erat cum dominis et dum u
tique venire. venerunt multi sacerdotes & levite
vestiti sollempniter sicut ad missam cum sericis casu
lis & ceteris ornatibus valde bonis. & ornabatur
undique regia domus mirabili ornamento. Pone
bant etiam cyphos & calices aureos. & argente
os. & eburneas pixides super parillos. & tabulas
& sic domus ornabatur ita ut & si maior gloria in reg
no dei non esset. ista sufficere posset. Omnis quoque illi qui mi
nistrabant venientes ante regem coram eo genua
flectebant dicentes. Labores manuum tuarum quia
manducabis. beatus es & bene tibi erit. Tunc anima dixit
ad angelum. Quot mi domine unde huic domino
meo tot ministri. intuentes quos nec unum de suis diu
esset in corpore possim cognoscere. Non sit iste aut
angelus de eius familia quem habebat dum esset in cor
pore. Nonne audis aut quem isti clamant di
centes: Labores manuum tuarum quia manduca
bis beatus es & bene tibi erit. Iste enim quos tu vides
omnis est pauper xpi & pecunia quam ipse rex largie
batur bona temporalia dum illic esset in corpore. & ideo p
manus ipsorum retribuit ei vices. xua. hic sine fi
ne. Velle autem anima secure iuste dns mis rex pas
sus est unquam tormenta. pqm relicto corpore venit
ad requiem. Passus est autem angelus & cotidie pa
titur. & adhuc patiet. Et adhuc patietur. Presto
lemur paululum & videbimus eum tormentum. & cum
non diu expectarent obscurata est domus et omnis
habitatores eius illico contristati sunt. & turbatus est rex
flensque surrexit & exivit. Cumque illa anima sequre
tur eum. vidit hac multitudinem quam intus
antea videbat expansis in celum manibus deuo
tissime deprecantem dominum atque dicentem. Dne
ds omipotens sicut tuus & suus miserere servi tui.
Et respiciens vidit ipsum regem in igne usque ad
umbilicum. & ab umbilico sursum usque ad angelum. Quindu ista anima hoc
paciet. Et angelus. Cotidie per tum horarum pa
tiet spacium. & per spacia viginti & unum reficiet
horarum. Dnem inquit anima quare his & non alius
digni videantur supplicius. Angelus respondit
Ido ignem pantem usque ad umbilicum. qua legitim
mi coniugii maculaverunt sacramentum. & ab um
bilico sursum pantem usque ad collum quia usque in iniqe
coniugem iuxta seinpatrum. & puniantur eos usque
ad iudicium. Exceptis his duobus: cuncta eius sunt cen
mina remissa. Et post hec aut descendam. Et
cum processissent paululum. viderit murum ni
mis altum & valde pedarum. xviii.

De gla coniugalium.

Erat enim murus argenteus splen
didus nimium atque decorus. Et aut
quoque nulla in eo apparebat porta.
nescientes cum quomodo eam divina introiverit poten
tia. & circumspiciens vidit choros sanctorum cantan
tium do & dicentium. Gla patri & ds pat. gla patri & filio. gla
patri & spi sancto. Hi autem qui cantabant viri & femine erant
vestiti candidis vestimentis & preciosissimis. & e
rant pulcherrimi sine macula. & ruga. iocun
di & hilares. gaudentes semper & exultantes. in
laude sancte sempiterneque trinitatis. pseverantes.
Candor autem vestimentorum sicut nix recens erat
percussus solis radio. Voces autem dulcissime consonan
tes tamquam musicum melos reddebant sonos.
Claritas. iocunditas. amenitas. hilaritas.
pulcitudo. honestas. sanitas. etnitas. unani
mitas. omnibus erat equalis & caritas. De odo
re quod dicam illi capiti in quo erant isti. Supa
bat enim omnium odoramentorum & aromatum species
ille dulcissimus & delectabilis odor. nec ibi non
erat tristicia aberat. dilectione cuncti fer
vebant. Tunc aut anima. Placeat dne mi. obsec
ro ut in hac requie maneam. Respondit angelus
Bene sit tibi licet ista videantur magna. tam
maiora sunt videbis premia. Et anima. Dne aut
quorum ista premia sunt ammaxi. Et angelus dixit.
Coniugalium videlicet illorum & illarum qui ma
trimonia thori illicita adulterii macula non coinqu
inaverunt. & legitimum coniugium fide seruaverunt.
et & familias suas bene regebant. & bona
sua temporalia pauperibus & pecunias. & xpi ecclesiis
distribuebant. Quibus iudex iustus in extre
mo iudicio eis dicturus. Venite benedicti
patris mei percipite regnum qd vobis paratum est
ab origine mundi. Siturui enim. & dedisti
mihi manducare. Situi. & dedisti mihi bibere.
hospes fui. & suscepistis me. Qui expectan
tes illa beata spes & adventum gloriosum